



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve  
Adolescentiae Sanctorvm**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VVestphalorvm, 1615**

Gallus Episcopus Aruernorum 1. Iulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42900**

co eius Ordinis habitu hilariter suscepto,  
Christianæ militiæ nomen dedit.

I V L I V S.

ADOLESCENTIA S. GALLI A R V E R-  
norum Episcopi i. Iulij Sur. Tom. 4.

**S**Gallus Aruernorum Antistes à stirpe Ve-  
ctij Pagati martyris apud Lugdunum ce-  
leberrimi descendens, Georgio & Leocadia  
parentibus inter Gallos lōgē nobiliſſimis na-  
tus est. Hui c pater illuſtre genere virginem,  
vt partam magna virtute gloriā & generis  
dignitatem longius propagaret despōdere co-  
gitabat. At Gallus perſpecto parentis confilio, *Castitia.*  
cum iam pridem facibus diuini amoris mira-  
biliter incēsus, de sanctiore quopiam vitæ ge-  
nere cogitaret, afflumpto ſecum uno puerulo,  
ad Cremonense monaſterium, ſexto ab Aruer-  
na vrbe milliario ſitum profectus, monaſticæ  
vitæ institutum feruēter arripuit. Abbas vero  
perſpecta pueri prudentia & formę ac morum  
elegantia, primum ad parentem percontatum  
misit, vt quid filio ſuo fieri velit renunciet.  
Qui parumper contristatus: Primogenitum,  
inquit, meum coniugio potius destināram, fi-  
tamē ſuo illum Deus dignatur ſeruitio nolim  
volūtati eius refragari. Abbas igitur de parētis  
factus beneplacito certior, puerum inter cle-  
ricos cooptauit, Erat vero egregia caſtitate, &  
moderatione animi, & velut puecta ætate vir-

T 4

diocis

*Morum in-*  
*tegritas &*  
*maturitas.* à iocis se iuuenilibus omniq; cupiditate cohi-  
 bebat. Vox illi adhæc erat miræ dulcedinis  
*Ieiunijs car-*  
*nem edo-*  
*mat.* cum modulatione suai: lectioni incumbebat  
 assidue, & ieunijs ac multa victus temperantia  
 lasciuiam carnis restinguebat. Vbi magna cum  
 opinione virtutis aliquandiu versatum, Quintianus Episcopus, ob insignem illius vitæ mo-  
 rumq; constantiam, ad ciuitatem secum abdu-  
 xit, & cælestibus disciplinis apprimè erudit. Inter ea crescente nominis eius celebritate  
 Theodoricus rex captus item fama tantæ vir-  
 tutis, quæ passim de eo ferebatur Gallum ac-  
 cersit, tatoq; amore complectitur, ut proprio  
 eum filio haberet chariorem. A regina autem  
 eius uxore pari amore diligebatur, non solum  
 pro honestate vocis ac morum, sed etiam pro  
 castimonia corporis. Per id tempus vna cum  
 rege Agrippinam delatus, cum fanum quad-  
 dam gentilium succendisset, eamque ob rem  
 barbaris infestis armis peteretur, ille fugam  
 capiens in aula se regia condidit, ac rege pro-  
 tector, & minitantes paganos blandis sermo-  
 nibus submouente, improbum eorū futorem  
 euasit. Quanquam multis id postea lachrymis  
 deplorare consueuerit, quod oblatam marty-  
 rij coronam declinasset. Deniq; Quintiano  
 Aruenorū Episcopo vita perfuncto B. Gallus  
 rege Theodorico summa omnium gratula-  
 tione suscepimus est, multisq; virtutum  
 ac miraculorum claruit orna-  
 mentis.

EX E M -